



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XI. Käyserliche Anstalten zum würcklichen Congress, nach geschlossenen Præliminarien. Neutralitæts-Actus in beyden Congress-Städten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1643.
Aprilis.Käyserl. An-
stalten zum
würllichen
Congress,
nach geschlo-
senen Præli-
minarien.

Von denen, zur Wichtigkeit gebrach-
ten Præliminarien, woran man in die
7. Jahre fast beständig gearbeitet, wur-
de an alle gehörige Orte, so fort Nach-
richt ertheilt: Ihre Käyserliche Majestät
gaben auch dero zu Edln bis dahin ge-
standenen Gesandten, Johann Ludewig,
Graffen zu Nassau, Casenellbogen
Vianden, und Diez, Herrn zu Billstein,
dann Johann Cranen, der Nechten
Licentiaten, beyden würllichen Reichs-
Hoff-Rähten, den Befehl, unterm 15^{ten}
April. 1643. daß sie sich, nachdeme die
Præliminarien zur Wichtigkeit gekommen
wären, zum Aufbruch bereit halten solten,
und wurden hiernächst vor dieselben die be-
nöthigten Credentiales, an Chur-Edln,
als Bischöffen zu Münster, dann an den
Bischoff zu Osnabrück, unterm 20^{ten} A-
pril ausgefertigt; nicht weniger an den
Käyserl. Legatum Crane, sub eodem
dato, die Vollmachten, um die Congress-
Städte, Münster und Osnabrück,
von ihrer habenden Pflicht gegen die Käy-
serliche Majestät und das Reich los zu-
sprechen, und vor neutral zu declariren,
abgelassen; auch ein Käyserlicher Pals-

§. XI.

Brieff, unterm 23^{ten} ejusdem vor die
aus Osnabrück, Inhalts derer Præli-
minarien, auszuführende Schwedische
Garnison, ertheilt. Diesem zufolge, voll-
zoge der Käyserliche Gesandte, am 27^{ten}
Maj. 1643. den Actum relaxationis,
Juramenti & institutæ Neutralitatis
der Stadt Münster, in Gegenwart ei-
niger Capituls-Deputirten und des
Frantzösischen Legations-Secretarii,
wie das hierbeygefügte Notariats-In-
strument ausweiset; und nachdeme
die Bedencklichkeiten, wegen Abfih-
rung der, in dem Schloß Petersburg bey
Osnabrück, gelegenen Schwedischen
Garnison, gehoben waren; So wur-
de ein gleichmäßiger Actus relaxationis
juramenti und Neutralitatis-introdu-
ction, in der Stadt Osnabrück den 18^{ten}
Jun. 1643. vorgenommen, auch, weil das
zwischen denen beyden Congress-Städten
gelegene, und denen von Diefenbroch zu-
gehörige Schloß Marck, zur Unterre-
dung derer Käyserlichen Gesandten, aus-
ersehen war, solchem Ort gleichfalls die
Neutralität beygeleget.

1643.
Aprilis,
Majus.Neutrali-
tets-Actus
derer beyden
Congress-
Städte.Und des
Schlosses
Marck.In Nomine Sacrosanctæ & individuæ
Trinitatis, Amen.Instrumen-
tum Notaria-
le über den A-
ctum relaxa-
tionis Jura-
menti, & in-
stitutæ Neu-
tralitatis.

Notum ac manifestum sit omnibus & singulis, præsens publicum In-
strumentum visuris, lecturis, seu legi audituris, quod Anno Christi mil-
lesimo, sexcentesimo, quadagesimo tertio, Pontificatus autem Sanctissimi
in Christo Patris, ac Domini, Domini URBANI, divina favente Cle-
mentia Papæ, ejus nominis octovi, vigesimo; Serenissimi, Potentissimi & In-
vicissimi Principis ac Domini, Domini FERDINANDI, ejus nominis tertii,
Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Germaniæ, Ungariæ, Boh-
emiæ, Dalmatiæ, Croatia, Slavonia Regis, Archi-Ducis Austriæ, Du-
cis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Brabantiæ, Carniolæ, & Wirtember-
gæ, Marchionis Burgoviæ, & Moraviæ, Comitis Habsburgi & Tyrolis, &c.
Principis ac Domini nostri Clementissimi, Regnorum Romani septimo,
Ungariæ decimo octavo, die vero Mercurii vigesima septima mensis
Maji, stylo novo, indictione undecima, Prænobilis & strenuus Dominus,
Joannes Crane, Sacræ Cæsareæ Majestatis Confiliarius Imperialis Aulicus,
& ad hunc actum specialiter deputatus Plenipotentarius, mihi, Notario
infra scripto, expofuerit: Qualiter de Mandato Sacræ Cæsareæ Majestatis,
Domini nostri Clementissimi, apud Magistratum ac cives civitatis *Monas-
teriensis* expleturus sit aliquem executionis actum in ordine ad Prælimi-
narem Pacis Conventionem, Hamburgi vigesima quinta Decembr. Anni
millesimi sexcentesimo primi, inter Confiliarum Imperialem Aulicum Con-
radum a Luzau, & Serenissimi Regis Christianissimi Legatum, Dominum
Comitem de Mesmes, conclusam, quo itaque super hujusmodi executio-
nis actû, qualiter is expediatur, luculentum ac fide dignum haberi possit te-
stimonium, me Notarium requisivit, quatenus pro officio mihi incumbente,

1643. bente, assumptis testibus, me cum ipso ad Curiam five domum civicam, 1643.
 Aprilis. ubi dicti Magistratus & Cives ea de causa nunc sint congregati, conferre, ei-
 dem actui assistere, & quomodo is peragatur, diligenter annotare; ac
 Majus. super rei gestæ serie sibi Instrumentum & Instrumenta conficere, ac com-
 municare velim.

Qua in parte, memor officii, Domino requirenti libentissime gratifi-
 care debui; Ideo, Anno & die, ut supra, cum benedicto Domino Pleni-
 potentiario requirenti, qui una cum Deputatis Serenissimi Principis Epi-
 scopi Monasteriensis, concomitantibus Deputatis a Capitulo Cathedralis
 Ecclesiæ, in rheda a Consulibus & Magistratu per ejusdem Deputatos
 præsentata, ad Curiam civicam deducebatur, me una cum testibus infra
 scriptis, eundem ad locum contuli, ubi in gradibus ante curiam Consu-
 les & Magistratus, ab utroque latere in ordine consistentes, Dominum
 Plenipotentiarium honorifice excipiebant, & ad Cameram Senatoriam
 deducebant; Quo in loco a fronte erat posita sedes quædam eminentior
 pro Domino Plenipotentiarium, ad latus dextrum duæ sedes pro Dominis
 Commissariis Serenissimi Principis Episcopi Monasteriensis, & paulo infe-
 rius tres aliæ, pro Dominis Deputatis Capituli Cathedralis Ecclesiæ; ex
 opposito, in latere sinistro, una sedes pro Eustachio *Munier*, Secretario
 Domini Legati Gallici, qui cum reperiretur præsens, invitatus fuit ad vi-
 dendum expediri hunc actum, prout etiam comparuit, delatam sedem oc-
 cupavit, & actum fieri vidit. In prænominatorum igitur Dominorum,
 prout & Consulium, Senatus, Tribunalium plebis, cum septendecim Gil-
 darum five Tribuum Magistris, nec non certis Deputatis ex plebe, nomi-
 ne universæ Civitatis, præsentia proposuit Dominus Plenipotentiarium in
 hunc sensum: quod Magistratus ac Cives ex Credentialibus Suae Cæsareæ
 Majestatis ad ipsos directis, & sua, Domini Plenipotentiarium, nuper co-
 ram eorundem Deputatis facta propositione intellexerint causam, quare
 huc ablegatus fuerit, nempe, quandoquidem inter cætera, quæ Sacræ
 Cæs. Majestati, Domino nostro Clementissimo, vi antedictæ Conventionis
 Præliminaris Hamburgensis, præstanda ac adimplenda incumbunt, etiam
 certa quædam dispositio reperitur, civitatem five Magistratum ac cives
 Civitatis Monasteriensis concernens, vigore cujus dicti Magistratus ac Ci-
 ves a juramento fidelitatis, quo Cæsari ac Imperio, nec non suo Princi-
 pi & Episcopo tenentur, durantibus Tractatibus Pacis debeant absolvi, &
 ipsa civitas ad Neutralitatem obligari, adjecto præscripto, quid eosdem
 Magistratum ac cives interea, dum Tractatus continuantur, facere, præ-
 stare, ac servare oporteat, Cæsarea vero Majestas nihil eorum, ad quæ, vi
 dictæ Conventionis Præliminaris, obstringitur, a parte sua desiderari vo-
 lens, Serenissimum Electorem Coloniensem, uti Episcopum ac Princi-
 pem Monasteriensem, quatenus is quoque, propter notorium suum inter-
 esse, assensum præbere velit, ut dicta executio in ordine ad Præliminarem
 Tractatum expediatur, monuerit, qui Serenissimus Princeps suum con-
 sensum non invitatus præbere, & per deputatos suos Commissarios, in quo-
 rum præsentia actus fieri debeat, declarare sit paratus, adeo ut nihil aliud
 restet, quam ut ipse actus expediatur, quod sic Dominus Plenipotentiarium
 eo animo ac intentione huc accedat, & præmentionatum executionis
 actum debite exequatur & expediat. Post hanc sic factam propositionem,
 Dominus Plenipotentiarium Cæsareus quæsit a Dominis Commissariis Se-
 renissimi Principis Electoris, Episcopi Monasteriensis hic præsentibus &
 assidentibus, utrum nomine Suae Celsitudinis Serenissimæ ad id sint instru-
 cti, ac ea intentione ac animo hic compareant, ut declarent Serenissimi
 sui Principis voluntatem ac consensum, quod Sua Celsitudo dictum exe-
 cutionis actum & reliqua omnia & singula in Præliminari Tractatu expressa
 ac præscripta, eoque modo, ac ordine, quæ in eo præscripta extant, qua-
 tenus ea interesse Suae Celsitudinis, Magistrum, Cives, ac civitatem Mo-
 naste-

1643.
Aprilis.
Majus.

nafteriensem tangunt, fieri, & ad executionem deduci patiat, & ipsi Domini Commissarii, ex facultate & potestate sibi data in ejusmodi executionem, responderunt per clarissimum & consultissimum Dominum Albertum *Baborst*, I. V. Doctorem & Capituli Cathedralis Ecclesiae Syndicum, in modum sequentem: Sacratissimae Caesareae, nec non in Hungaria & Bohemia Regiae Majestatis, Domini nostri longe Clementissimi, Legate amplissime, pranobilis, strenue, colendissime Domine, Serenissimi Principis & Episcopi Monasteriensis, Domini nostri gratiosissimi, Capituli Commissarii, ac Suae Celsitudinis Reverendissimi Capituli Deputati! Altissime memoratae Caesareae Majestati, ejusque Sacro Romano Imperio, ac universo orbi Christiano imprimis humillime ac devotissime congratulantur & congaudent, Tractatus Praelimitares generalis pacificationis tam felici fine tandem terminatos & conclusos esse, ut non solum ipse Congressus generalis, pro tractanda & restabilienda totius Christianitatis Pace, in hac Monasteriensi & Osnabrugensi Civitatibus propediem instituendus veniat, sed etiam a multis retro annis, tot suspiriis, tot votis, tot gemitibus petita & exoptatae Pacis, postliminio quasi restituenda, (quod verus Princeps pacis, Deus Teroprimus Maximus faxit!) certa spes affulgeat, deinde cum ab altememorata Sua Celsitudine ejusque nomine, huic actui, propter notorium ejus interesse, adfistere, eum in omnibus publici boni causa promovere, nec non Consules, Magistratum ac Cives & Civitatem, prout etiam Militare Praesidium hujus Civitatis, a juramento fidelitatis, in quantum saepesati Praelimitares Tractatus praecise exigunt, litteris Bonnae a Sua Celsitudine, sub dato decima quarta hujus, specialiter eum in finem exaratis, absolvere jussi sint; hinc nomine Serenissimae Suae Celsitudinis in actum executionis, apud Magistratum, Cives, ac Civitatem, juxta modum in Praelimitari Tractatu, (quem hoc ipso omni meliori modo, in quantum ille Suam Celsitudinem concernit, approbant & humillime acceptant) praescriptum jam expediendum plenissime consentiunt, Magistratum, Cives & Civitatem a juramento & fidelitate, quibus Suae Celsitudini devincti sunt, absolvunt, & absolutos esse declarant, Regimine ac Superioritate interim, extra casum generalis conventionis, tam in spiritualibus, quam temporalibus, nec non aliis juribus quibuscunque Suae Celsitudini quomodolibet competentibus, pro nunc & finito generali Tractatu, per omnia & in omnibus salvis & illaesis.

1643.
Aprilis.
Majus.

Et ne nunc aut futuris temporibus, quocunque etiam eveniente casu, hic con- & assensus a Serenissima Sua Celsitudine datus, ob defectum Capitularis placiti impugnari possit & valeat, Domini Deputati ex parte Reverendissimi Capituli, facta imprimis approbatione Tractatus Praelimitaris, quatenus & in quantum ille Reverendissimum Capitulum concernit, aut concernere potest, in actum mox celebrandum ac absolutionem juramenti a Serenissimo Principe factam, & ulterius per Sacram Caesaream Majestatem faciendam, omni meliori modo & forma juris, ex parte benefati Capituli ac pro ejus interesse consentiunt, suumque in omnibus praebent assensum, salvis similiter ac plane illaesis juribus, privilegiis ac immunitatibus Reverendissimo Capitulo, pro nunc & finito Tractatu generali, quomodolibet competentibus. Ut autem de mandato & commissione Dominorum Commissariorum & Deputatorum constare possit, exhibuerunt Literas Serenissimi Principis & Episcopi Monasteriensis, & mandatum Reverendissimi Capituli in originali respective praelendas & praelendum, prout fuerunt praelectae & praelectum, & erant subsequenter tenoris: *Inscriptio Commissionis & literarum Principis talis erat*: Venerabilibus nostris Monasteriensibus Consiliariis, nec non nostrae Cathedralis Ecclesiae ibidem respective Praeposito, dilectis, devoto ac fideli Adolpho Henrico *Drofste* & Nicolao *à Westerbold*. FERDINANDUS Dei gratia Archiepiscopus

1643.
Aprilis.
Majus.

episcopus Colonienſis & Princeps Elector, Episcopus Paderbornenſis, Monasterienſis, & Leodienſis, Administrator Hildeſienſis, Berchtolsgadenſis & Strabulenſis, Comes Palatinus Rheni, ſuperioris & inferioris Bavariæ, Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullionii Dux &c. Marggravius Francimoteniſis &c. Venerabiles, dilecti, devoti & fideles. Quid nos reſponſi Legatis Cæſareis Colonia commorantibus, ad factam illorum ratione Præliminarium ad Pacis Congreſſum pro poſitionem, dederimus, pluribus videbunt ex in- cluſo, quod Nos vobis loco inſtructionis hiſce communicare, & præterea clementiſſime mandare voluimus, ex eo cum Sac. Cæſ. Maj. Conſiliario Aulico & Conlegato, Licentiatum Crane, non ſolum communicare, ipſi ad ſuam requiſitionem de uno aut altero copiam ſubminiſtrare, & in reliquis circa hoc negotium ac- & incidentibus eidem ad manus eſſe, ſed etiam Magiſtratum noſtræ Civitatis Monasterienſis, & ibidem pro nunc exiſtens præſidium, a juramento & fidelitate, quibus Nobis obſtricti ſunt, in quantum hi Tractatus præciſe exigunt, abſolvere, & cum bene memorato Conſiliario Aulico Crane, in hoc concorditer concludere velitis, ut Reverſalia, quæ noſtræ memoratæ Civitatis Magiſtratus hoc caſu tradere, aut edere debeat, ita concipiantur & formentur, ne per illa noſtro, ut Epifcopo & Principi in Spiritualibus & temporalibus, competenti & debito Regimini, Superioritati & Juribus præjudicetur, neque derogetur, aut in illo quicquam præjudiciale fiat, & Nos deſuper, quid ſecutum ſit, veſtram in ſcriptis relationem expectamus, quibus gratia & clementia manemus affecti. Dat. in noſtra Civitate Bonnæ, decima quarta Maji, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo tertio. FERDINANDUS. Joannes Stam, Secret. L. S. Nos Decanus, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Monasterienſis, præſentibus atteſtamur, ac omnibus & ſingulis notum facimus, cum Reverendiſſimus & Sereniſſimus Princeps, Episcopus & Dominus noſter Clementiſſimus, binos ſuos Conſiliarios, Dominum Adolphum Henricum Droſte, Præpoſitum & confratrem noſtrum, & Dominum Nicolaum à Weſterbold, ad actum abſolutionis a juramento, quoad Conſules, Cives, & Civitatem Monasterienſem deputaverit, quod nos quoque pro intereſſe Capituli noſtri ad eundem actum noſtros Deputatos, quantum Tractatus Præliminares Pacis concernit, mittere plane neceſſarium eſſe invenientes, eum in finem deputaverimus, & ordinaverimus, prout deputamus & ordinamus per præſentes, Reverendiſſimos & Nobiliſſimos Dominos Bernhardum Malingkrott, Decanum, & Joannem Heidenricum à Verden, Scholaſticum, Confratres noſtros, dantes eis poteſtatem, ut noſtro nomine Præliminarem Tractatum generalis pacificationis antehac celebratum, quatenus nos concernit, approbare & acceptare, in abſolutionem juramenti, nomine Sereniſſimæ Sux Celiſtudinis faciendam, pro noſtro Intereſſe conſentire, ſuumque in omnibus præbere adſenſum poſſint & valeant, ſalvis tamen & plane illæſis juribus, privilegiis ac immunitatibus Reverendiſſimo Capitulo, pro nunc & finito Tractatu generali, quomodolibet competentibus. In quorum finem præſentes literas ſigillo noſtro munitas, per Secretarium ſubſcriptas, expediri fecimus. Dat. Monasterii vigefima ſeptima Maji, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo tertio. L. S. Henricus Holtbauſen, Secret. Volens itaque Dominus Plenipotentarius procedere ad declaratoriam, fecit prælegi ſuam Plenipotentiam in originali ſub manu & ſigillo Cæſaris exhibitam, & recognitam, tenoris ſubſequentis:

Nos FERDINANDUS Tertius, divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, &c. Comes Tyrol. &c. Agnoſcimus & tenore præſentium notum facimus univerſis, quod cum vigefima quinta Decembris, Anni præteriti milleſimi, ſexcenteſimi, quadrageſimi primi, in civitate
 C Hamburgi,

1643.
Aprilis.
Majus.

1643.
Aprilis.
Majus.

Hamburgi, inter Consiliarium nostrum Imperialem Aulicum, speciali mandato instructum, Conradum a Luzau, & Serenissimi Franciæ Regis Christianissimi Legatum, Claudium de Mesmes, Comitem d'Avaux, conventio quædam super Præliminaribus ad Tractatus Pacis universalis conclusa, ac a Nobis ratihabita fuerit, & facta nuper, in vim ejusdem, Salvorum Conductuum, cæterorumque in ea præscriptorum Instrumentorum commutatione, dieque ad dictos Tractatus ineundos undecima Julii proxime venturi, præfixa, hoc supersit, ut, quæ pro majore partis, vel partium, sive Plenipotentiariorum, vel Deputandorum securitate & commoditate statuta fuere, debitæ executioni mandentur. Nos nihil eorum, quæ Nobis vi dictæ Conventionis incumbunt, in Nobis desiderari volentes, plenam potestatem dederimus, prout harum vigore, autoritate Imperiali, damus Honorabili, Docto nostro & sacri Imperii fidei, dilecto, Joanni Crane, Consiliario nostro Imperiali Aulico, ad exsolvendum nostrum, tanquam supremi capitis Imperii, nomine, Magistratum, ac cives civitatis Monasteriensis, loci, ad peragendos Tractatus cum Serenissimo Rege Christianissimo, designati, a juramento fidelitatis, quo Nobis & dicto Sacro Romano Imperio tenentur, ponendum eos in eo statu, quo erga Nos & alteram tractantium partem vere neutrales sint, nec non cætera omnia & singula, vi sæpe dictæ Conventionis requisita facere & præstare possint, ac debeant. Promittentes verbo nostro Imperatorio & Regio, quod, quicquid dictus Plenipotentiariorum noster, vi hujusce potestatis eidem concessa, fecerit, gesserit, egerit, id ratum, gratum, firmumque habituri, ac in contrarium, neque Nos ipsi quicquam facturi, neque, ut ab aliis fiat, permissuri simus. In cujus rei fidem, hæc, manu nostra subscriptas, sigillo nostro Imperiali muniri fecimus. Quæ dabantur in civitate nostra Viennæ, die vigesima mensis Aprilis, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quadragesimo, tertio, Regnorum nostrorum, Romani septimo, Hungarici decimo octavo, Bohemici vero decimo sexto.

1643.
Aprilis.
Majus.

FERDINANDUS.

Vt. Ferdinandus Comes Curtius.

(L. S.)

Ad Mand. Sac. Cæs. Majest.
proprium.

Joann Walderode.

Qua sic prælecta Plenipotencia, publicavit ac legit Dominus Plenipotentiariorum, sedens, declaratoriam ex schedula, quam tenebat in manibus, tenoris subsequenti:

In vim itaque Plenipotentiæ a Sacra Cæsarea Majestate, Domino nostro Clementissimo, mihi data, & jamjam prælectæ, accedente ita assensu Serenissimi Electoris Colonienfis, uti Episcopi ac Principis Monasteriensis, & in ejusdem Principis, nec non Capituli Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis Commissariorum, pro hoc actu specialiter deputatorum, præsentia, ego Joannes Crane, Sac. Cæs. Majestatis Consiliarius Imperialis Aulicus, & ad hunc actum specialiter deputatus Plenipotentiariorum, dictum Magistratum ac cives civitatis Monasteriensis, a juramento fidelitatis, quo Sacra Cæs. Majestati ac Romano Imperio, nec non suo Episcopo ac Principi obstringuntur, in ordine ad dictum Præliminarem Tractatum, absolvo, & absolutos esse declaro, dans ipsis potestatem promittendi, spondendi, & ut sese obligare possint ac valeant, ad præstanda adimplenda, ac facienda omnia ac singula in dicta Conventione Præliminari contenta, quatenus ea dictos

1643.
Aprilis.
Majus.

dictos Magistratum ac Cives, & dictam civitatem concernunt, insuper ipsam civitatem in statum Neutralitatis constituo, ita tamen, ut ejusmodi absolutio, Neutralitas & civitatis obligatio, in omnibus, & per omnia reguletur, quoad initium, continuationem sive durationem, ac finem, juxta dictum Præliminarem Tractatum, & non extendatur ultra, quam in eodem Tractatu est expressum, monendo cum hoc dictos Magistratum, & Cives, quatenus dato Reverfali, cui Præliminaris Conventio inferatur, sese ad omnia & singula, in sæpe dicta Conventione Præliminari contenta, in quantum ea ipsos ac dictam civitatem concernunt, fideliter & sincere servanda ac præstanda obligare velint, ac studeant, quodque contra ea nihil facturi aut admissuri, seu ab aliis fieri admittive permitturi sint, omni dolo & fraude remotis, quæ tamen omnia & singula extra prædictum Conventiois casum, citra præjudicium sint, tam dictæ Sac. Cæs. Majestatis & prædicti Principis Episcopi, nec non Capituli, quam ipsius Magistratus Civium ac Civitatis Monasteriensis, & salvis semper ac ubique juribus, & privilegiis Principis Episcopi, Capituli, Magistratus ac civium ejusdem Civitatis. Post qualem publicationem declararunt se Consules, Senatus, nec non de plebe præsentis, nomine universæ Civitatis, in scriptis prout quoque fuit prælectum, ad modum & formam, ut sequitur: Sacratissimæ Cæsareæ nec non in Hungaria & Bohemia Regiæ Majestatis amplissimi deditissimique obedientia Consules & Senatus, nec non de plebe præsentis nomine universæ civitatis congratulationem de futuro, tot suspiriis & gemitibus hæctenus optato & expectato Pacis Tractatu, modo auditam, ea qua possunt promptitudine & humilitate repetunt, & a Deo Optimo Ter Maximo, omnis Pacis autore ac amatore, ex intimo cordis affectu, desideratissime petunt, ut, quemadmodum Præliminaria bono & felici auspicio sunt cæpta, & ad hunc usque statum perducta, ita rore ineffabilis suæ misericordiæ & gratiæ, divina Clementia, pro Pace tractanda huc adventorum Legatorum corda illustrare & illuminare dignetur, ut suis quoque votis futurum Tractatum feliciter incipere, felicius promoveri & felicissime in totius orbis Christianissimi utilitatem terminare, inclinata faciant: relaxationem a juramento in illum finem modo declaratam, ita tamen, ut Tractatu Pacis per Dei clementiam absoluto, nihil hoc ipso sit Sacratissimæ Cæsareæ Majestati, Reverendissimo præterea ac Serenissimo nostro Principi, nec non Cathedrali Capitulo ac Civitati in suis privilegiis ac juribus derogatum, ea, qua decet, humilitate & obedientia, Consules & Senatus, in præsentia ac nomine plebis Deputatorum, admittunt, ac neutralitati interea omni meliori modo pro suo virili studere obedientissime promittunt. Quam sic lectam declarationem mandavit Dominus Plenipotentarius Cæsareus regiltrari, & Instrumento inferi, repetendo requisitionem superius factam, quatenus ego Notarius de tota serie rei gestæ Instrumentum & Instrumenta conficere, & sibi communicare vellem, agens deinde gratias cum Dominis Commissariis Serenissimi Principis, Episcopi Monasteriensis, Dominisque Deputatis Capituli, tum Magistratui ac Civibus civitatis Monasteriensis, pro sua promptitudine, quod in omnibus sese ordinationi Cæsaris debite accommodaverint, & sic ex Curia eodem ordine, quo ante deductus fuit, domum retroductus est. Acta fuerunt & sunt hæc Monasterii Westphaliæ, in Curia seu Camera Senatoria, Anno, Mense, & die, quibus supra, circa horam decimam antemeridianam, præsentibus ibidem Clarissimo & Consultissimo, circumspecto & erudito Viris, Domino Joanne Petro *Winzeler*, Jurium Candidato, nec non Joanne *Bosendorf*, Aulici Judicii Monasteriensis Notario, testibus, ad præmissum actum specialiter rogatis & requisitis,

Et ego Joannes *Mensnick*, Monasteriensis Westphalus, Publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent, & agerentur, una cum

1643.
Aprilis.
Majus.

1643.
Majus.
Junius.

prænomina Testibus præfens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi: Ideo hoc præfens publicum Instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi & communivi, rogatus & requisitus.

1643.
Majus.
Junius.

Joannes Menfick, Notarius,
qui supra subscr.

§. XII.

Käyserl. Vollmacht vor Des-
ro Gesand-
schaften, Ihre Käyserliche Majestät lieffen ser-
ner die Plenipotentien vor Dero Gesand-
ten, und zwar vor den Grafen von Nassau
und Reichs-Hoff = Raht Crane, mit
Frankreich zu tractiren und zu schlies-
sen, sub dato Wien, den 23. Jun. 1643.
ausfertigen, dieses Inhalts: mit Franck-
reich zu tra-
ctiren.

Nos FERDINANDUS Tertius, divina favente Clementia electus Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, Scavonia Rex, Archidux Austria, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, notum testatumque facimus: Postquam ab aliquo tempore primum inter Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDUM Secundum, Romanorum electum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Scavoniæ &c. Regem, Archi-Ducem Austria, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comitem Tyrolis, &c. pientissimæ & gloriosissimæ memoriæ, deinde inter Nos Sociosque nostros ab una parte; & Serenissimum ac Christianissimum quondam Principem, Dominum LUDOVICUM, Regem Franciæ, affinem & fratrem Nostrum charissimum, ac post ejus e vita discessum, inter modernum Serenissimum & Christianissimum Principem, Dominum LUDOVICUM, Regem Franciæ &c. Consanguineum & fratrem Nostrum charissimum, sive ejus pro tempore Tutricem, & Regni Administraticem, Serenissimam ac Christianissimam Principem, Dominam ANNAM, Reginam Franciæ viduam, Consobrinam & affinem Nostram charissimam, ejusque Confederatos & Adhærentes ex altera parte; non sine multa sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniæ Provinciarum desolatione, armis satis vehementer sit decertatum, ipsa vero humanitatis ratio flagitet, ut de pace ac tranquillitate restituenda, ac belli motibus sedandis cogitatio utrinque suscipiatur; Nos sicuti hunc semper armorum nostrorum scopum propositum habuimus, ita ne quid à parte nostra desit, quod ad tam salutare negotium adprehendendum promovendumque ullo modo pertinere poterit, in mandatis propterea dedimus & commissis, sicut & vigore horum, in mandatis damus Illustri & Magnifico, nec non Honorabili ac docto, Nostris, & Sacri Imperii fidelibus, dilectis, JOANNI LUDOVICO, COMITI à NASSAU, Cazenellnbogen, Vianden & Dietzen, Domino in Bielstein, & JOANNI CRANE J. V. Licentiatu, Consiliariis nostris Imperialibus Aulicis, eisque plenam tractandæ rei sufficientemque potestatem tribuimus, ut, si aliqua occasio cum Serenitate Sua ejus tractandæ offeratur, eam nostro nomine decenter acceptent, & cum iis, quos sua Serenitas ad hanc rem legitimis, ac sufficientibus mandatis ac Plenipotencia instructos constituit, aut imposterum constituere poterit, Commissariis, vel ipsi, vel per subdelegatos suos, congregiantur, tractent, agant, statuant, de viis, mediis ac conditionibus omnibus, quibus propositus utrinque scopus, amicitia nimirum ac Pacis redintegratio, obtineri ac stabili-